ne vultu ſuo non nobis daret leticiaʒ. Ad
hoc purgam⁹ vultũ noſtrũ: vt gaudeamuſ
ad vultũ ipi⁹. Filij enim dei ſum⁹: ⁊ nõduʒ
apparuit quid erim⁹: Scim⁹ quia cũ appa-
ruerit: ſimiles ei erim⁹: quonia videbimus
eum ſicuti eſt: Quia inhabitabũt recti cuʒ
vultu tuo. Putamus ne cum vultu patrˀ:
⁊ non cũ vultu filij: an cum vultu filij: ⁊ nõ
cum vultu patris: An vnus quodãmodo
vult⁹ patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti: Videamuſ
ſi non nobis ipe filius ꝓmittit vultũ ſuuʒ:
vnde nos letos faciat. Modo hoc capitu
lum in euangelio: qḋ huic pſalmo atteſta-
retur: domin⁹ iſpirauit vt legeret. Ait eni
ipe domin⁹. Qui audit ꝑcepta mea: et cu-
ſtudit ea: ipe eſt qui diligit me: Et qui dili-
git me: diliget a pr̃e meo: ⁊ ego diligaʒ cũ:
⁊ oſtendam illi meipm̃. Quale promiſit ꝓ-
ximum dilectiſſimi: Nunquid eum non vi-
debant: quibus ſe oſtendere promittebat:
Nonne ante illos erat: Nonne facies car-
nis illius adiacebat oculis eorum: Quid
eſt quod volebat oſtendere videntib⁹ ſe:
Sed quia talem videbant diſcipuli qualẽ
crucifixerãt iudei. Erat autem deus in car
ne illa occultus: hominẽ autem poſſent vi
dere homies: deum vͦo non poſſent: q̃uis
in homine: Quia beati mũdo corde: quo-
niam ipi deum videbunt. Dedit formam
homis ⁊ pijs ⁊ impijs: ſeruauit formaʒ dei
mũdatis ⁊ pijs: vt iocũdemur in illo: ⁊ be-
ne nobis in eternum ſit cum vultu ipi⁹.

Explicit Tractatus de pſ̃. CXXXIX.
Incipit Tractatus de pſ̃. CXL.
Prefatio.

Audiſtis fratres admonitionem et
petitionem noſtram ex ore apoſto-
li: cum eius modo epiſtola legere-
tur. Ait enim: Orationi inſtantes: vigilan
tes in illa: orates ſimul ⁊ pro nobis: vt de⁹
aperiat nobis oſtiuʒ verbi ad loquendum
myſterium eius: vt manifeſtem illud: ſicut
oportet me loqui. Hec verba etiã mea de-
putare dignamini. Sunt enim in ſcripturˀ
ſanctis ꝓfunda myſteria: que ad hoc ab-
ſcondunt̃ ne vileſcant: ad hoc querunt̃ vt
exerceãt: ad hoc aperiunt̃ vt paſcãt. Pſal
mus quem modo cantauim⁹ in m̃ltis ſen-
tentijs: ſubobſcurus eſt: Cũ adiuuãte do-
mino ea que dicta ſunt: erui: ⁊ exponi cepe
rint: videbitis hoc vos audire: quod iam
nouerati ſ. Sed iḋ multipliciter dicta ſunt:
vt varietas locutionis faſtidiũ tolleret ve-
ritatis. Quid enim amplius fratres: vel ſa
lubrius audituri ⁊ cogituri eſtis: q̃ꝫ dili-
ges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo:
⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex tota mẽte tua: ⁊ di
liges ꝓximum tuum tanq̃ꝫ teipm̃: Sed ne
putetis hec duo precepta parua ẽẽ: in his
duobus preceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphe
te. Quicq̃d ergo ſalubriter mente concipi
tur vel ore profert̃: vel de qualibet diuina
pagina exculpitur: non habet fineʒ: niſi ca
ritatem. Hec autem caritas non qualiſcũ-
q̃ꝫ eſt. Nam ⁊ male viuẽtes irretiunt̃ ſibi ſo
cietate perdite conſciẽtie: ⁊ dicũt amare ſe
nolle diſcedere ab inuiceʒ: ſuis collocutio
nib⁹ cõciliari: deſiderare ſe abſentes: gau
dere ad ꝓſentiam ſuaʒ. Amor iſte tartare⁹
eſt: viſcum habet q̃ deijciat in ꝓfundũ: nõ
pennas quibus leuet in celum. Que ẽ aũt
caritas: vt a ceteris que appellantur carita
tes ſegregetur ⁊ diſtiguat̃: Ea que caritas
dicitur vera chriſtianorum: a Paulo diffi
nita eſt: atq̃ꝫ ita ſuis quibuſdam terminis
circũſpecta: cum ſit diuinitate infinita: vt
oĩmodo diſcernat̃ a ceteris. Finis eni inq̃t
ꝑcepti eſt caritas: poſſet huc uſq̃ꝫ dicere.
Nam alijs locis vbi tanq̃ꝫ ſcientibus loq̃-
batur: huc uſq̃ꝫ dixit. Plenitudo inquit le
gis caritas: ⁊ non dixit qualis caritas. Iḋ
alibi non dixit: quia dixit alibi. Non enim
vbiq̃ꝫ omnia dici: aut poſſunt: aut debẽt.
Ergo hic plenitudo legis caritas. Quere-
bas forte: que caritas: qualis caritas: Au
di alio loco: Finis precepti eſt caritas de
corde puro. Iam videte vtrum inter ſe la-
trones habeant caritatem de puro corde.
Purum cor in caritate: hoc eſt quãdo dili
gis hominẽ ſᷓm deum: q⁊ ⁊ teipm̃ ſic debes
diligere: vt non erret regula: Diliges ꝓxi-
mum tuum tãq̃ꝫ teipm̃. Si enim male te di
ligis ⁊ inutiliter: ita ⁊ ꝓximum diligendo
quid ei conſulis: Quomõ autẽ te male di-
ligis: Quomõ te inuenit ſcriptura: que ne
minem palpet ⁊ cõuincit: quia non te dili-
gis: immo cõuincit: q⁊ ⁊ odis te. Qui autẽ
inq̃t diligit iniq̃tatẽ: odit aĩam ſuã. Si ḡ di
ligis iniquitatem: putãs qḋ teipm̃ diligaſ:
erras: Ita ⁊ ſi ꝓximũ diligas ad iniq̃tateʒ
duces: ⁊ dilectio tua laqueus erit dilecti.
Caritaſ ergo de puro corde eſt: que eſt ſᷓm
deum: ⁊ cõſciẽtia bõa: ⁊ fide nõ ficta. Iſta
caritas diffinita ab apoſtolo: habʒ duo ꝑ-
cepta: dilectionis dei: ⁊ dilectionis ꝓximi.

In nullis ſcripturis aliud in gratis: nemo
vobis aliud pcipiat. Quicqd obſcurū eſt
in ſcriptura: hec ibi occulta eſt: quicqd ibi
planum eſt: hec ibi apta eſt. Si nuſqȝ aper
ta eſſet: nō te paſceret. Si nuſqȝ occulta: ſi
te exerceret. Hec caritas clamat de corde
puro: de corde talium in his ỽbis qualiſ h
mō orat: Et qs iſte ſit: cito dixerim: Chriſt⁹
eſt. Audituri enī eſtis ỽba que de dn̄o no-
ſtro Jeſu chriſto indigne accipiunt: et pu-
tabit parum intelligens temere me dixiſſe
chriſti eſſe pſonam in hoc pſalmo. Quo-
modo enim pōt de domino nr̄o Jeſu chri
ſto: de illo agno immaculato: de illo ī quo
ſolo nō eſt inuētū mēdaciū: qui ſol⁹ veriſſi
me dicere potuit: Ecce venit pnceps mun
di huius: ⁊ in me nihil inueniet: id ē nullaȝ
culpam: nullū reatū: qui ſolus qđ non ra-
puit: exoluebat: q̄ ſolus innocenteȝ ſangui
nem fudit: filius dei vnicus: carnem acci-
piens: nō qua ipſe minueret: ſ; qua nos au-
geret. Quō ergo de iſta pſona recte accipi
tur: Pone dn̄e cuſtodiam ori meo: ⁊ oſtiū
cōtinentie circa labia mea: Ut nō declies
cor meū in ỽba maligna: ad excuſādas ex
cuſatiōes in peccatis: Manifeſtiſſime qp-
pe iſte eſt ſenſus. Cuſtodi dn̄e os meuȝ ia-
nua q̄dam ⁊ oſtio pcepti tui: vt in ỽba ma
ligna non declinet cor meū. Que ỽba ma
ligna: Quibus excuſant peccata. Ne in-
q̄t peccata mea malim excuſare: q̄ȝ accuſa
re. Hec verba in ipm̄ dn̄m nr̄m Jeſuȝ chri
ſtum nō cadūt. Que enī ille peccata cōmi
ſit: que cōfiteri potius q̄ȝ defendere debu-
iſſet: Noſtra verba iſta ſunt: Certe chriſt⁹
loquit. Si nr̄a ỽba ſunt: quō chriſtus loq̄-
tur: Et vbi eſt caritas de qua loquebatur:
Neſcitis qꝛ ipſa vnum nos fecit in chriſto:
Caritas clamat ad chriſtū de nobis: cari-
tas clamat de chriſto p nobis. Quō cari-
taſ clamat ad chriſtū de nob: Et erit: oīs q̄
inuocauerit nomē dn̄i ſalu⁹ erit. Quō cari
tas de chriſto p nobis: Saule Saule q̄d
me pſequeris: Uos (inq̄t aplus) eſtis cor-
pus chriſti ⁊ mēbra. Si ergo ille caput: noſ
corp⁹: vnus homo loquit: Siue caput loq̄
tur: ſiue mēbra: vnus chriſt⁹ loquit. Et ca-
pitis eſt pprīū loqui etiam in pſona mem-
brorū: Ipſaȝ noſtrā ↄſuetudinē aduertite.
Primo quō loqui in mēbris noſtris nō po
teſt: niſi caput. Jam ỽo caput noſtrū quō
loquat in pſona oīm mēbrorūȝ aduertite.
In anguſto tibi pedem aliqs calcat: cal-
cas me dicit caput. Uulnerauit tibi aliqs
manum: vulneraſti me dicit caput. Caput
tuū nullus tetigit: ſed loquit vnitas cōpa-
ginis corpis tui. Oīm membroꝝ tuorū p-
ſonam illa q̄ in capite eſt lingua ſuſcipit: ip
ſa p omibus verbis fungit. Sic ḡ audia-
mus chriſtū loquentem: ſ; vnuſqſqȝ agno-
ſcat ibi vocē ſuā tanqȝ herēs in chriſti cor-
pore. Aliqn̄ enī dicturus eſt ỽba: in quib⁹
nullus noſtrū inueniat pſonā ſuaȝ: ſed ad
ſolum caput ptineat: non tn̄ ſe ſepat ex ver
bis noſtris: ⁊ ad ſua ppria tollit: vl' a ſuis
ppriīs: nō ad noſtra redit. De ipſo enim ⁊
de eccl'ia dictū eſt: Erūt duo ī carne vna.
Uñ ⁊ ipſe in euangelio dicit: de hac ipſa re:
Jā igit nō ſunt duo: ſ; vna caro. Hec no-
ua non ſunt: ſepe a vobis audita ſunt: ſ; p
occaſiones neceſſe eſt cōmemorent: pmo
qꝛ ipſe ſcripture quas tractam⁹ ita ſibi ſunt
innexe: vt multa in multis repetant: ⁊ vti-
le eſt. Cura enim mūdi ſpinas habet: ⁊ of-
focat ſemina: oportet ſepius a dn̄o cōme-
morari: qđ cogit mūdus obliuiſci.

## Expoſitio pſalmi.

Domine clamaui ad te: exau-
di me. Hoc omēs poſſumus dice-
re: hoc nō dico: totus chriſt⁹ dicit:
ſ; magis ex pſona corpis dictuȝ eſt: quia ⁊
cum hic eſſet carnem portās orauit ⁊ ex p-
ſona corpis orauit ad patrē: ⁊ cum oraret
globi ſanguis de toto corpe eius diſtilla-
bant. Sic ſcriptum eſt in euangelio: Ora-
uit Jeſus intenta oratione: ⁊ ſudauit ſan-
guineȝ. Quid eſt de toto corpe ſanguinis
effluxio: niſi de tota eccl'ia martyrū paſſio:
Domine clamaui ad te exaudi me. Intē- Alia lra. t non habet
de voci †deprecationis mee: dum
clamauero ad te. Jam finitū negociuȝ
clamandi putabas: cum diceres: clamaui
ad te. Clamaſti: iam noli eſſe ſecurus. Si
finita eſt tribulatio: finituſ ē clamor: Si au-
tem manet tribulatio eccleſie ⁊ corpis chri
ſti vſqȝ ī finē ſeculi: ñ tm̄ dicat clamaui ad
te: exaudi me: ſed intende voci depcatio-
nis mee: dum clamauero ad te. Diri-
gatur oratio mea ſicut incenſum in
conſpectu tuo: eleuatio manuum
mearum ſacrificium veſpertinuȝ.
Hoc de ipſo capite ſolere dici oīs chriſtia-
nus agnoſcit. Declināte enī iam die in ve-
ſperū: dn̄s in cruce aīam depoſuit receptu

rus: nõ amiſſurus inuitus: ſi tamẽ ⁊ ibi nos
figurati ſumus. Quid enim illius pepẽdit
in ligno: niſi quod de nobis accepit? Et vñ
fieri poteſt: vt aliqñ deus pater dimittat et
deſerat vnicũ filiũ: qui vtiq̧ cum illo vn⁹
deus eſt? Et tamẽ noſtram infirmitatem fi-
gẽs in cruce: vbi vetus homo noſter: ſicut
dicit apl̃s: confixus eſt cruci cũ illo: ex vo
ce ipſius hoĩs nr̃i clamauit: Deus meus
deus me⁹: vt quid me dereliq̃ſti? Illo ergo
eſt ſacrificiũ veſptinũ: paſſio chriſti: crux
chriſti: oblatio victime ſalutaris: holocau
ſtum acceptũ deo. Illud ſacrificiũ veſpti
num fecit ĩ reſurrectiõe munus matutinũ.
Oratio ẽ pure directa de corde fideli tan-
q̃ de ara ſancta ſurgit incenſum. Nihil eſt
ẽ delectabili⁹ odore dñi: ſic oleant omnes
q̃ credunt. Vetus ẽ homo nr̃ (apoſtoli v̓-
ba ſunt) confixus ẽ cruci cũ illo: vt euacua
retur inq̃t corpus peccati: vt vltra nõ ſuia
mus peccato. Inde ⁊ in ipõ pſalmo cũ di
ctum eſſet: De⁹ me⁹ de⁹ me⁹: vt q̃d dereli-
quiſti me: longe a ſalute mea: ſtatim ſubie
ctũ eſt: v̓ba delictorum meorũ. Quorũ de
lictorũ: ſi caput attẽdas? Et tñ ei⁹ fuiſſe vo
cẽ in pſalmo ipẽ teſtatus ẽ: in cruce ipa v̓
ba dixit: ipm̃ v̓ſum ꝓnunciauit: Nõ eſt re
lictus humane cõiecture locus: Nulli⁹ ne-
gandi aditus qualiciiq̧ chriſtiano. Qõ le
go in pſalmo: hoc audio a dño: in ipõ etiã
pſalmo agñſco qõ in euãgelio lego: Foderũt
man⁹ meas ⁊ pedes meos: dinumerauerũt
oĩa oſſa mea: Ipi v̓o cõſiderauerũt ⁊ con-
ſpexerũt me: diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea:
⁊ ſup veſtem meã miſerũt ſortem. Hec om
nia ſicut p̄dicta ita facta: Sicut audiuim⁹:
ita ⁊ vidim⁹. Ergo ſi dñs noſt̃ Ieſus chri
ſtus nos figurans in caritate corpis ſui: cũ
uis eſſet ipẽ ſine peccato dixit: verba deli-
ctorũ meorũ: dixit aũt hoc ex pſona corpo
ris ſui: quis audet in mẽbris ei⁹ dicere nõ
ſe hr̃e peccatũ: niſi q̃ fuerit auſus ſe falſe
iuſticie noĩe efferre ⁊ chriſtum falſitatis ar-
guere? Fatere ẽ o mẽbrũ qõ de te ꝓnũcia-
uit caput tuũ: qõ vt fateamur: qõ vt facia-
mus: nec nos iuſtificem⁹ ante ꝯſpectũ ſo-
lius iuſti: q̃ iuſtificat impiũ: Subiecit iam
ſui corpis vocem. ¶ Pone domĩe cu-
ſtodiam ori meo: ⁊ oſtium †cõtinẽ-
tie circa labia mea. Non dixit clauſtrũ
cõtinentie: ſed oſtiũ. Oſtiũ aperit ⁊ clau-
ditur. Ergo ſi oſtium ẽ: ⁊ apiat ⁊ claudat:
Aperiat ad cõfeſſionẽ peccati: claudatur
ad excuſationẽ peccati. Ita eni erit oſtiũ

Alia lr̃a. †cuſtãtie la- biis meis

cõtinentie: non ruine. Quid enim nob ꝓ-
deſt hoc oſtiũ cõtinentie? Quid orat ex p-
ſona corpis chriſti? ¶ †Ut non declines
inq̃t: cor meum in verba †maligna.
Quid eſt cor meum? Cor eccleſie mee: cor
vtiq̧ corpis mei. Verba illa attendite vbi
nobis regula figit. Saule Saule quid me
pſequeris? Cum ipm̃ nemo tetigiſſet: Eſu-
riui: ⁊ cibaſtis me: ſitiui: ⁊ potum dediſtis
mihi: ⁊ cetera. Et illi. Qñ te vidimus eſu-
rientem aut ſitientẽ? Et ille. Cũ vni ex mi-
nimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Hec chri
ſtianis inuſitata eſſe nõ debent: maxime in
q̃bus regule fixe ſunt: ⁊ ceterorũ intelligen
dorũ: ⁊ aut nõ turbabunt: aut cito corrigẽ
tur. Sicut ẽ ibi dictum ſunt iuſti: domĩe: q̃
re dixiſti: Eſuriui: ⁊ dediſtis mihi mandu-
care: qñ te vidimus eſuriẽtẽ? Et ille reſpõ-
ſurus eſt: Cum vni ex minimis meis feci-
ſtis: mihi feciſtis: Sic ⁊ hic dicamus ĩ chri
ſto: intus in interiore hoĩe noſtro: quia ibi
p fidem habitare dignatur. Non enim ab-
ſens eſt a nobis: ⁊ non ẽ cui dicamus: cum
ipẽ dicat: Ecce ego vobiſcũ ſum vſq̧ ad
cõſummationẽ ſeculi. Dicam⁹ ergo illi et
nos: qñ vocẽ eius in hoc pſalmo accepi-
mus. Eius enim vox eſt qõ nemo negat:
Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſper-
tinum. Hic ẽ cõſequent: Pone domĩe cu
ſtodiam ori meo: ⁊ oſtiũ continẽtie circa la
bia mea: Ut nõ declines cor meũ in verba
maligna. Ad excuſandas excuſatio-
nes in peccatis. Quare ſic oras domi-
ne: Que peccata tua excuſaturus es? Re
ſpondit: Cũ vnũ ex mẽbris meis ſic orat:
ego ſic oro: ſicut tibi reſpõdi: cũ vni ex mi
nimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Cum au
tem nõ declinatũ fuerit cor tuũ o membrũ
chriſti: cum cor tuũ nõ fuerit declinatũ in
verba maligna ad excuſandas excuſatio-
nes in peccatis. ¶ Cum homib⁹ ope
rantibus iniquitatem. Et nõ cõmu-
nicabis cũ electis eorũ. Hoc enim ſequit.
Et non †cõbinabo cũ electis eorũ.
Qui ſunt electi eorum? Qui ſeipſos iuſtifi-
cant. Qui ſunt electi eorum? Qui ſibi iuſti
vident: ⁊ ꝯtemnũt ceteroſ. ſicut phariſeus
ille in tẽplo dixit: Deus gr̃as ago tibi: q̃ nõ
ſum ſicut ceteri hoĩes. Qui ſunt electi eo-
rum? Hic hõ ſi ꝓpheta eſſet: ſciret que mu
lier illi acceſſit ad pedes. Agnoſcitis vocẽ
alterius phariſei: q̃ dominum inuitauerat
quando mulier que erat in ciuitate pecca-
trix: venit: ⁊ acceſſit ad pedes eius. Illa

Alia lr̃a. †non habet †malicie

Alia lr̃a. †cõmunicabo.

impudica quondam frontoſa ad fornica-
tionem: frōtoſior ad ſalutem irrupit in do-
mum alienā: ſ3 ille q̄ ibi diſcūbebat nō erat
alien⁹: Nō extranea quemlibet cōuiuā:
ſed ancilla dominū ſuū ſecuta eſt: acceſſit
ad pedes: quia eius veſtigia ſequi cupie-
bat: lauit lachrymis: terſit capill'. Pedes
chriſti qui ſunt: niſi p quos pagrauit totū
mūdū? Q̄ ſpecioſi pedes eorū qui annun
ciant pacem: qui annūciant bona. Pedeſ
ergo domini xp̄i ſuſceperūt: vt ſuſcipien-
do iuſtum in nomie iuſti mercedē iuſti ac
ciperent: ⁊ ſuſceperūt ꝓphetam in nomie
ꝓphete: vt mercedem ꝓphete acciperent.
Et quicūq3 potum dederit inq̄t vni ex mi-
nimis iſtis calicem aque frigide tantū i no
mine diſcipuli: amen dico vobis nō ꝑdet
mercedē ſuam. Qui ḡ tali humanitate pe
des dn̄i ſuſcipit: q̄d impendit: niſi que ha-
bebat in domo ſupflua? Merito q2 capil-
li quaſi ſupflui ſunt: inde illa pedes domi-
ni detergebat. Supflua tua neceſſaria ſiūt
tibi: ſi inde fueris obſecutus pedibus dn̄i.
Ergo illa curari volebat: ꝯſcientia magni
vulneris. Sed nunq̄d magnum vulnus: ⁊
paruus medicus? Phariſei aūt nolebant
ſe tangi ab immūdis: vitabāt omnē conta
ctum peccatoꝝ: ⁊ ſi q̄n forte neceſſitate tan
gebant: abluebāt ſe: ⁊ ꝓpe baptizabāt per
omēs horas: nō tm̄ ſe: ſ3 ⁊ vaſa ſua: lectos
ſuos: calices: papſides: ſicut dn̄s in euāge
lio cōmemorat. Cum ḡ ille phariſeus noſ-
ſet hanc mulierem: que vtiq3 ſi ad pedes il
lius phariſei accederet: repelleret eam: ne
ſanctitas ei⁹ pollueret. Habebat eni eā i
corpe: nō in corde: ⁊ q2 non habebat eā in
corde: vtiq3 falſaā habebat in corpe. Q2 ḡ
ille eam repulſurus eſſet: cum hoc dn̄s nō
fecit: exiſtimauit eum neſcire que illa eſſet:
⁊ dixit apud ſemetip̄m: Hic ſi eſſet prophe
ta: ſciret que mulier illi acceſſit ad pedes.
Nam dixit: repuliſſet eā ſi ſciret que eſſ3:
tanq3 eſſet cōſequēs: ſi ſciret repelleret. Ex
illo ḡ q nō eam repulit: etiā neſciſſe eum ꝓ
certo ſuſpicatus ē. Domin⁹ aūt ſic habe-
bat oculos i illa muliere vt aures haberet
in corde phariſei. Itaq3 audita cogitatiōe
eius: ꝓpoſuit ſimilitudinē quam noſtis.
Duo debitores erāt cuidā feneratori: vn⁹
ei debebat q̄ngentos denarios: alter quin
quaginta. Cū nō haberēt ambo vn̄ redde
rent: donauit ambob⁹: Quero abs te inq̄t
quis eum plus dilexit? Et ille reſpōdit iam
coactus veritate aduerſus ſeip̄m proferre
ſententiā. Credo inquit domie: q2 ille cui
plus donauit. Et cōuerſus ad mulierē: di-
xit ad Symonē. Vides iſtā mulierē? In-
troiui in domū tuam: oſculū mihi nō dedi
ſti: illa aūt nō intermiſit pedes meos oſcu-
lari. Aquam mihi ad pedes nō dediſti: il-
la lachrymis ſuis lauit mihi pedes. Oleū
mihi nō dediſti: illa vnxit vnguēto. Pro-
pter qd̄ dico tibi: dimittūt ei peccata mul-
ta: qm̄ dilexit multū. Quare? Quia cōfeſ-
ſa eſt: quia fleuit: q2 non declinatū eſt cor
eius in verba maligna: ad excuſandas ex-
cuſationes in peccatis: nō combinata ē cū
electis eorū: id eſt defendentib⁹ ſe. Nō eni
⁊ huic mulieri ſi declinaret cor eius in ver
ba maligna deeſſet defenſio peccatorum.
An nō quotidie pares eius in turpitudie:
ſ3 nō pares in confeſſiōe meretrices adulte
re flagicioſe defendūt peccata ſua? Si la-
tuerint: negant: ſi aūt dep̄henſe atq3 cōui-
cte fuerint: vl' publice id egerit: defendūt:
Et q3 facilis defenſio earū: q3 cita: ſ3 q3 pre
ceps: q3 q̄tidiana ⁊ q3 ſacrilega? Q ſi deus
hoc nollet non facerem: hoc voluit deus:
fortuna hoc voluit: hoc voluit fatū. Non
dixit: Ego dixi domie miſerere mei: ſi quō
illa peccatrix ad pedes medici veniēs: ſa-
na animam meā: qm̄ peccaui tibi. Et iſta
fratres mei defenſio qualiū eſt? Non ſolū
indoctorū: ſed etiam doctorū. Sedēt ⁊ cō
putant ſidera: interualla: curſus: volubili-
tates: ſtatus: motus intendūt: deſcribunt:
cōiiciūt: Docti magni vident. Totū hoc
doctum ⁊ magnū: defenſio peccati ē. Eris
adulter: q2 ſic habes venerem. Eris homi
cida: q2 ſic habes martem. Mars ergo ho
micida: non tu: ⁊ venus adultera: non tu.
Vide ne ꝓ marte ⁊ venere tu damneris.
Deus eni qui damnaturus eſt: nouit quia
tu es qui dicis: nō ego: iudica ſcienti. Por
ro mathematicus q̄ tibi fabulas laqueorū
tuorū etiam vendit: vt nō vel gratuitā cō-
pares mortem. Emis eni mortē a mathe-
matico precio: qui ꝯtempſiſti vitam a chri
ſto gratiſ. Ipe enim mathematicus ſi vxo
rem ſuam paulo petulantius viderit con-
uerſari: aut aliq̄s alienos improbe attēde-
re: aut feneſtram crebro repetere: nōne ar-
ripit: verberat: ⁊ dat diſciplinam in domo
ſua? Reſpondeat illi vxor: Si potes: ve-
nerē cede. Nonne ⁊ ille reſpondebit: Fa-
tua: aliud eſt quod competit rectori: aliud
quod profertur emptori. Ergo electi eo-
rum qui ſunt? Electi malorum: electi im-

pioꝝ: cū q̄bus non eſt cōbinandū: id ē cū quibus nō eſt habēda ſocietas. Qui ſūt? Aut arbitrātes ſe iuſtos: ⁊ ꝯtemnētes ceteros q̄ſi peccatores: ſicut erāt illi phariſei: aut q: ipſa peccata manifeſte: vel cōphendunt: vel publice fiūt: defendētes ⁊ aſſerētes: ne aliq̄d culpe eorū tribuat. Et vt ipſi nihil mali feciſſe videant: ſ; totū deus: qui vel ſic creauit hoīem dicūt: vel ſtellas cōpoſuit: vel res humanas negligit: defendētes ſunt electoꝝ ſeculi. Sed dicat mēbrum chriſti: dicat corpus chriſti: dicat chriſtus ex ꝑſona corpis ſui: Nō declines cor meū in v̄ba malicie: ad excuſandas excuſationes in pctīs: Cū hominibꝰ opantibꝰ iniq̄tatem: ⁊ nō combinabo cū electis eoꝝ. Noſtis fratres qđ nō eſt ꝑtermittendū q̄ſi iuſtos eminētiores in ſe tenentes velut primum gradū iuſticie: electos vocari apud manicheos. Qui nouerūt recognoſcāt: q̄ neſciebāt audiāt. Electi q̄dē dei ſunt oēs ſancti: ⁊ habemus hoc in ſcripturis: ſ; vſurparunt ſibi illud nomen: ⁊ quaſi familiarꝰ ſibi applicuerunt: vt tanq̄ ꝓprie iam electi appellent. Qui ſunt iſti electi? Quibꝰ ſi dixeris: peccaſti: ſtatim illā defenſionem impiam ⁊ peiorem ceteris magiſq; ſacrilegā ꝓferūt: Nō ego peccaui: ſ; gēs tenebrarū. Que ē iſta gens tenebrarū? Que bellū geſſit cum deo: ⁊ ipſa peccat: cū tu peccas. Ipſa inq̄t: q: cōmixtus ſum illi. Deus q̄ te cōmiſcuit: q̄d timuit? Hoc eī dicūt ꝙ illa gēs tenebrarum rebellauerit aduerſus deum: anteq̄ mūdus fieret: ⁊ ille timēs ne regna eius illo adueniēte hoſtili impetu vaſtarētur: miſit huc membra ſua: ſubam ſuam: ſ; qđ ipſe eſt: ſi aurū: aurū: ſi lux: lucem: q̄cq̄d illud eſt hoc miſit: ⁊ miſcuit viſceribus gētis tenebraꝝ: dicūt: ⁊ fabricauit inde mūdum. Et nos aīe inquiūt de ipſis mēbris dei ſumꝰ: ſ; ꝑmimur hic viſceribꝰ tenebraꝝ gentis: ⁊ q̄cq̄d peccare dicimur: illa gens peccat. Se q̄dem vident excuſare a peccato: ſed deum ſuū nō excuſant a crimine timoris: nec ipſam ſubam dei ſui a crimīe corruptibilitatis. Si enī incoꝛruptibilis deꝰ: ſi incōmutabil: ſi incōtaminabil: ſi immaculabil: ſi impenetrabil: q̄d ei factura erat gens illa? Feciſſet illa quem vellet impetū quomō terreret impenetrabile: inuiolabilem: incōtaminabilem: incōmutabilem ⁊ icoꝛruptibilem? Si ergo talis deus crudel: q: ſine cauſa huc vos miſit: cui nihil nocere poterat: q̄re vos miſit? Ecce gens tenebrarum illi nocere nō poterat: Ipſe autem vobis grauit nocuit: ⁊ ipſe magis q̄ ille hoſtis veſter fuit: q̄ ⁊ ipſe vobis nocere potuit: Potuiſtis ꝑmi: potuiſtis captiuari: potuiſtis inquinari: potuiſtis coꝛrūpi: potuit q̄ ⁊ ille. Fruſtū enim ⁊ quodāmō partuncula nature ipſius conuincit maſſam. Quale ē illud qđ huc miſit: tale ē ⁊ illō qđ ibi remāſit. Hoc ipſi dicūt: ipſi fatent: quia he due ſubſtātie ſunt: vna illa: ⁊ vna iſta: libri eoꝝ hoc habent: ⁊ ſi negant: leguntur: ⁊ cōuincunt. Quid ergo? Vt in h̄ vno exordio nihil amplius dicā? Nō dicam peiora: nō dicam ſceleratiora. In h̄ ipſo exordio q̄ bellum inducūt: videte quem debellent: ⁊ vbi pugnatum aduerſus deū a gēte tenebrarū dicunt: ipſi in eoꝝ verborum pugna capiunt. Nō enim ē qđ dicant: aut quo refugiāt. Sꝫ vis o nefande falſe electe defendere peccatum tuū: vt quādo aliq̄d mali feceris: nō tu feciſſe videaris: Queris in quem peccatū tuū refundas: ⁊ refundis in gentem tenebrarū: ſed ad deū attende: ſi nō in illum refundis. Si enim poſſet gens tenebrarū quam fingitis: hoc tibi diceret. Quid me accuſas? Potui aliq̄d facere deo tuo: an nō potui? Si potui: fortioꝛ illo ſum. Si nō potui: quare me timuit? Si nō timuit: quare huc te miſit: vt tanta ſ; patiaris: cum ſis membrū ipſius: cū ſis ſubſtātia ipſius? Si nō timuit: inuidit: Si hoc timore nō fecit: crudelitate fecit. Vꝛ q̄ iniquus eſt: cui nihil nocere poterat: ⁊ fecit vt membris ſuis hic tantū noceret? An poterat noceri? Ergo incoꝛruptibilis non eſt. Cū vis ergo te defendere de peccato tuo: laudare nō potes deum. In laude dei nō capereris: niſi in tua iactareris. Tranſi ad vituperationē tuā: ⁊ laudabis deum. Redi ad verba pſalmoꝝ quos execramini: dic: Ego dixi domie miſerere mei: ſana animā meam qm̄ peccaui tibi. Ego dixi: ego peccaui: nō fortuna: nō fatum: nō gens tenebrarum. Si ergo tu peccaſti: iam vide quemadmodū pateat laus dei: in qua anguſtiabaris cum te velles defendere. Melius in peccatis tuis anguſtiariſ: ⁊ in illius laude dilataris. Nam ergo confeſſo peccato tuo: vide quemadmodū laudetur deꝰ: quia iuſtus eſt cum te punit perſeuerantē: ⁊ miſericoꝛs: cū te liberat confitentē. Nō ergo inquit declines cor meum in verba maligna: ad excuſandas excuſationes in peccatis: vt dicam: quia gens tenebraꝝ

fecit qđ ego feci. Cum hominibus operan
tibus iniquitatem. Quam iniquitatem?
Dicamꝰ aliquam eorum iniq̃tatem nefan-
dam. Audite iniq̃tatem nefariã manicheo
rum publicã quã ꝯfitent̃. Expedire dicũt
homini feneratorẽ eſſe ꝙ̃ agricolã. Quer̃
cauſam: ⁊ reddũt rationẽ. Vide ſi ratio il-
la nõ dementia nominãda eſt. Qui eni in
vſuram inquiũt dat pecuniã: nõ ledit cru-
cem luminis. Multi eni nõ intelligũt: ſ; expo
nam. Qui aũt inquiũt agricola eſt: mltum
ledit crucem luminis. Queris quã crucẽ lu-
minis? Mẽbra inquiunt illa dei q̃ capta ſũt
in illo prelio: mixta ſunt vniuerſo mũdo: ⁊
ſunt in arborıbꝰ: in herbis: in pomis: i fru
ctibus. Dei mẽbra vexat: q̃ terrã ſulco diſ
cindit. Dei mẽbra vexat: q̃ herbam de ter-
ra vellit. Dei mẽbra vexat: q̃ pomum car-
pit de arbore. Hec ne faciat in agro falſa
homicidia: facit i fenore vera homicidia.
Panem mẽdicanti nõ porrigit. Videte ſi
poteſt eſſe maior iniq̃tas iſta iniuſticia: pa
nem mendicanti nõ porrigit. Queris q̃re?
Ne vitam q̃ eſt in pane: quã dicũt mẽbꝛu;
dei: ſubſtantiã diuinã mẽdicus ille accipi-
at: ⁊ liget eã in carne. Quid ḡ vos? Quid?
Quare mãducatis? Carnem nõ habetis?
Sed nos inquiũt: q; fide manichei illumi
nati ſumꝰ: oratiõibꝰ ⁊ pſalmis nr̃is qui ele
cti ſumus: purgamꝰ inde vita; q̃ eſt in illo
pane: ⁊ mittimꝰ illã ad theſauros celoꝛu;.
Tales ſũt electi: vt nõ ſint ſaluãdi a deo: ſ;
ſaluatores dei: Et ip̃e eſt chriſtus dicunt
crucifixus in toto mũdo. Ego in euãgelio
ſaluatorẽ accepam chriſtũ: vos aũt eſtis i
libris vr̃is ſaluatores chriſti. Eſtis plane
blaſphematores chriſti: ⁊ iõ a chriſto non
ſaluãdi. Ergo buccella ne det̃ mendico: et
ploret in buccella membrũ chriſti: mẽdicꝰ
fame moriturꝰ eſt? Falſa miſcõia in buccel
lam: facit verũ homicidiũ in hoiem. Sz q̃
ſunt iſti electi eoꝝ? Nõ declines cor meu;
in v̾ba maligna: ⁊ nõ cõbinabo cũ electis
eorũ. ¶ †Emẽdabit me iuſtus in mi
ſericordia: ⁊ †arguet me. Videte pec
catorũ cõfeſſorẽ: emendari ſe vult miſeri-
cordit̃: ꝙ̃ laudari fallacit̃. Emẽdabit me
iuſtus in miſcõia: ſi iuſtus ẽ: ſi miſicors ẽ:
qñ me videt peccantẽ. Hoc vtiq; quedã
mẽbra chriſti dicũt: de q̃buſdã membris
chriſti dicũt: in vno corꝑe dicũt. Dignat̃
loqui dñs ex ꝑſona emẽdatoris: nec reſpu
it ꝑſonam emẽdati vel emẽdantis. Omia
eni mẽbra in illo: ⁊ ip̃e dic: Emẽdabit me

Alia lr̃a. †Corripiet †increpabit

iuſtꝰ i miã. Quis iuſtꝰ te emẽdaturꝰ ẽ? Ca
put omĩa mẽbra emẽdat. Emẽdabit me iu
ſtus i miſcõia: ⁊ arguet me. Arguet me: ſ; i
miſcõia arguet: ſ; non odit: ⁊ eo magis ar-
guet: q; ñ odit. Et iſte q̃re inde grãs agit?
Quia corripe ſapientẽ: ⁊ amabit te. Emẽ-
dabit me iuſtus: q; ꝑſequit̃? Abſit. Hic eſt
potius emẽdandus: ſi odio emẽdat. Qua
re ḡ emendat in miſcõia: ⁊ arguet me? In
qua miſcõia? Oleum autem peccato
ris nõ †impinguabit caput meum.
Quid eſt oleũ peccatoris nõ impinguabit
caput meũ? Nõ creſcet caput meũ de adu
latione. Falſa laus adulatio eſt: falſa laus
adulatoris: hoc ẽ oleũ peccatoris. Propt̃
ea ⁊ hoies cum falſa laude aliquem irriſe-
runt: hoc etiam de illo dicunt: vnxit illi ca-
put. Amate ḡ argui a iuſto in miſcõia: no-
lite ḡ amare laudari a peccatore cum irri-
ſione. Habetote oleũ vobiſcũ: ⁊ nõ quera
tis oleũ peccatoris. Sapiẽtes eni ille v̾gi-
nes ſecum portabãt oleũ: id ẽ cõſcientiã il
larum ill' teſtimoniũ ꝑhibebat. Oleu; glĩa
eſt: fulget: nitet in ſuꝑficie: Sz bona dz eẽ
gloria: ⁊ vera glĩa: vt ibi ſit intus in vaſis
ſuis. Audi qđ ẽ in vaſis. Probet autem
ſe hõ: ⁊ tũc in ſemetip̃o habebit gloriam: ⁊
non in altero. Quid ẽ in vaſis ſuis? Audi
ip̃m apl'um. Nam glĩa nr̃a hec eſt: teſtimo
nium cõſcientie nr̃e. Poſtremo q; i corꝑe
chriſti es: ⁊ adhuc portas mortalitatẽ quã
dam: tu tibi eſto iuſtus: ⁊ in te eſto iuſtus.
Peccator es: vindica in te: redi ad ꝯſcien
tia; tuã: ⁊ exige de te penas: crucia teip̃m.
Ita enim offers ſacrificiũ deo: quia ſi vo-
luiſſes ſacrificiu; dediſſem vtiq; (ait pec-
cator) holocauſtis nõ delectaberiſ. Quid
ergo? Nullũ accipit ſacrificiũ? Sacrificiu;
deo ſpũs contribulatꝰ: cor contritũ et hu-
miliatum deus non ſpreuit. Humilia cor
tuũ: cõtere cor tuũ: crucia cor tuũ: ⁊ tu te-
ipſum emẽdabis in miſicordia. Non eni;
odiſti te cũ ſeuis in te: Eris in parte: emẽ-
data iuſtus: ꝙ̃uis ſis adhuc in emẽdãda
peccata. Ex qua parte eni tibi diſpliceſ: iu
ſtus es: ex qua ꝑte tibi diſplicet in te qđ in
iuſtum eſt: iuſtus es. Vis videre ꝙ̃ iuſtus
es? Hoc in te tibi diſplicet: qđ ⁊ deo. Iam
cõiunxiſti te volũtati dei: ⁊ in teip̃o nõ qđ
ille fecit: ſ; qđ ille odit: odiſti. Ex eo quod
